S A T I R C O

R A P H Y

Tractatus Tertius.

vt dispositio corpis. vt triangulatio q̄drangulatio rotūditas cur-
uitas rectitudo. Qualia vero dicūtur que scd̄m hec denoīatiue di-
cunt vel quomodolibꝫ aliter ab his. vt a grammatica gr̄maticus a
iustitia iustus: Vel que dicunt aliqua qualitate non denoīatiue eo
ꝙ nomen nō est impositum ipi q̄litati. vt cursor ꝛ pugillator. Et no
ta ꝙ cursor ꝛ pugillator dicūtur dupliciter. Uno modo dicunt cur
sor ꝛ pugillator ab arte currendi ꝛ pugillandi. ꝛ sic sunt in p̄ma spe
cie qualitatis: quia iste artes sunt habitus. Alio modo dicitur cur
sor nō ꝙ habeat artem currēdi. sed quia habet naturalē potentiam
ad actum currēdi: ꝛ pugillator nō ꝙ habet artem pugillādi. sed qꝛ
habet naturalem potentiā ad actum pugillandi. Et isto modo di-
cunt qualia ab istis naturalibus potentijs. sed non denoīatiue eo ꝙ
nomina sunt imposita istis naturalibus potentijs a quibus dicunt
qualia: et sic cursor ꝛ pugillator sunt in scd̄a specie qualitatis. Alia
autem dicūtur qualia nō denominatiue non q̄m nomen non est im-
positum q̄litati: sed q̄m quale non participat illud nomē. vt studio
sus a virtute. et sic sūt tres modi sumēdo quale a q̄litate. Est autē
cōtrarietas in q̄litate. vt albedo ꝯtrariatur nigredini ꝛ silr iustitia
iniustitie. Hoc aūt non est ꝓpriū qualitati quia nō cōuenit om̄i q̄li
tati. Figura eīn non habet aliquid contrarium neqꝫ medij colores.
vt rubedo flauedo. Et sciendū ꝙ si vnū contrariorum fuerit quale reli
quū erit quale. vt iustitia est qualitas: ergo iniustitia. iustū est qua-
le: ergo iniustū. Itē q̄litas suscipit magis ꝛ minus. dr̄ eīn iustꝰ ma-
gis ꝛ minus iustꝰ ꝛ albus ꝛ grāmaticus. ꝛ hoc nō est ꝓpriū q̄litati.
quia q̄dratū nō suscipit magis neqꝫ minus neqꝫ circulus neqꝫ q̄drā
gulatio neqꝫ circulatio. Itē ꝓpriū est q̄litati scd̄m eā sil'e vel dissil'e
dici. vt albꝰ albo sil'is dr̄. ꝛ iustus iusto. albꝰ aūt nigro dissil's dicit.

DE OCTO ORATIONIS PARTIUM constructiõe libellus, tum elegans imprimis, tum dilucida breuitate copiosissimus.

ERASMO ROTERODAMO AUTORE.

ANNO· M·D·XX·

IOANNES COLETUS DECANUS SANCTI PAULI GULIELMO LILIO AD DIUUM PAULUM LUDI MODERATORI PRIMARIO. S.D.

HAUD ALITER MIHI VIDEOR affectus in nouã hanc scholam nostrã/ Lili charissime / quã in vnicum filiũ pater: in quẽ nõ solum gaudet vniuersam suã substantiã transfundere: verũetiam sua viscera (si liceat) cupit impartiri. Nã vt huic est parum genuisse/ nisi eundem diligẽti educatione ad bonã frugẽ prouexerit: ita meo animo non satis est: quod ludũ hunc institui: hoc est genui: quodq̧ in sumpto patrimonio vniuerso: viuus etiã ac superstes solidã hæreditatẽ cessi: nisi modis oĩbus dem operam: vt piis moribus & bonis literis diligẽter educatus: ad maturã frugẽ adolescat. Proinde libellũ hũc de Cõstructione octo partiũ orationis ad te mitto: pusillũ quidem / sed nõ pusillum vtilitatis allaturũ nostræ pubi: si diligenter abs te fuerit traditus. Scis in præceptis breuitatẽ placere Flacco: cuius sententiam & ipse vehemẽter approbo. Porro si qua pterea erũt digna cognitu: tuarũ partiũ erit: vt incidẽt: in prælegẽdis authoribus adnotare. Bene vale. Domi nostræ. M. D. XIII.

ERASMUS ROTERODAMUS CANDIDIS LECTORIBUS. S. D.

IPSARE COMPERIO VERUM esse: quod olim Græcorum prouerbio dictũ est: ἐύνοι ἄκαιρος οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει. Video passim exoriri: mei nominis & quam ipse velim studiosiores: qui libros mihi asserunt: quos aut non scripsi: aut certe non in hoc scripsi: vt æderentur. Vetus hic mos stu-

dioſorum hominũ:vt omnes animi affectus: chartis ceu fidis:
vt ait Flaccus:ſodalibus committant. Neq; protinus euulgari
velimus:quicquid cum amiculo cõgerrone vel ſtomachamur/
vel nugamur. Aediderunt epigrammata/a me quidem ſcripta
(non inficior)ſed non in hoc ſcripta. Ea (ſicuti coniicio) famu/
lus ſuffuratus typographis vendidit. Alius quiſpiam ex paucu/
lis paginis iiſq; deprauatiſsime ſcriptis/ velut ex opere ædicto/
dictu mirũ/q̃ multa citet & inculcet de ratione conſcribendarũ
epiſtolarũ. Et vt de cæteris minutioribus ſileam: nuper hunc
περί συντάξεως libellum mihi veluti poſtliminio vindicarũt:
primitus nullius æditum titulo. Quærebat Ioannes Coletus/
theologus inter Anglos eximius:nouæ ſcholæ ſuæ nouũ de cõ-
ſtructione libellum: qui ſimul & compendio pueris commen-
daretur & perſpicuitate. Eum huius iuſsu ſcripſerat Gulielmus
Lilius:vir vtriuſq; literaturæ haud vulgariter peritus: & mirus
recte inſtituendæ pubis artifex. Abſolutum ab illo mihi tradi/
dit:immo obtruſit emendandum. Quid enim facerem:cũ vir
ille rogandi finem non faceret:tam amicus:vt nefas eſſe duce/
rem/quicquã negare precanti:tantæ vero autoritatis ſic de me
meritus:vt ſuo iure quid uis etiam imperare poſset Eraſmo.
Quoniam autem ſic emendaram:vt plæraq; mutarim. Nam id
nihil videbam eſſe facilius:nec Lilius: vt eſt nimia quadã mo-
deſtia preditus:paſsus eſt librũ ſuo vulgari nomine: nec ego
iudicaui mei candoris eſſe/vſurpare mihi:in quo quicq̃ eſset a-
lienum. Proinde magnopere ſum interminatus cuiuſuis titulũ
aſcriberent:modo ne meũ. Itaq; recuſante vtroq;/libellus ἀνώ-
νυμος prodiit:Coleti dumtaxat præfatiuncula commendatus.
Quem quidem libellum in præſentia: nec laudaturus ſum: ne
cui videar arrogantior:nec vituperaturus:ne parum candidus
habear. Verum hæc præfari viſum eſt:ne poſt hac quiſq̃ vt me/
um amplectaẽ:quod ipſe præfatiuncula mihi non aſsero. Plus
ſatis erratorum & in his quæ publicantur a nobis:vt nemo alius
ædat:quæ vel non ſcripſimus/vel non emendauimus. Bene va/
le lector amice. Baſileæ. III. Kalendas Auguſti. M.D.XV.

Nominatiuus ante uerbum.

OMNE VERBVM ANTECEDIT nominatiuus agentis seu patientis eiusdem numeri & personæ/ ut ego doleo. Tu gaudes. Illi rident. Nos fallimur.

Appendix. I.

Discretio. Emphasis.

Prima & secunda persona ferme nõ explicantur/ nisi discretionis aut Emphasis causa/ ut Nos accusauimus. Vos damnastis. Tu audes ista loq.

Appendix. II.

Aliquoties orationis pars nominatiui uice ponit. ut Dolet mihi/ quod res non cesserint tibi ex sententia. Item uerbum infinitum. ut mentiri non est meum.

Appendix. III.

Syllepsis.

Cum plures nominatiui ad idem uerbum referuntur/ ad hunc fere modũ efferunt. Pater & preceptor accersunt te. Ego & tu sumus in tuto.
Tu & pater estis in periculo.
Ego cæteriq cognati periclitamur.

Appendix. IIII.

Quę per se multitudinem significant: aliquando numero discrepant, ut Pars abiere.

Exceptio prima.

Actiue vocis. Passiue vocis. Tanq̃ impersonalia

Excipies impersonalia/ quę nullum ante se casum habent. Tedet/ piget/ pœnitet/ uiuitur/ statur.
Item tanq̃ impersonalia: ut lucescit/ diescit/ noctescit/ uesperascit/ diluxit/ pluit/ ningit/ grandinat.
Quę exponuntur per uerbum fit/ & est.
Item hæc/ fieri potest/ ut fallar.
Fieri solet/ fere fit. Male sit. Bene sit.
Nam in bene habet/ subauditur res.

Exceptio secunda.

Verba infiniti modi pro nominatiuo accusatiuũ habent/ ut gaudeo patrem recte ualere. idest gaudeo: ꝙ pater recte ualeat.

Vtrinqꝫ nominatiuus.

Quedam utrimqꝫ nominandi casum asciscunt. ut

Deus est summum bonum. Est.

Hic nummus uidetur adulterinus. Videt.

Aristoteles habetur doctissimus. Habet.

Perpusilli uocantur nani. Vocat. et nois

Studes pronus. gestus.

Dormis supinus.

Incedis rectus.

Infinitum uarians.

Infinitum quoqꝫ utrinqꝫ nominatiuũ habet accedentibus uerbis optandi. ut

Petrus studet uideri diues.

Malim esse diues quã haberi.

At quoties accusatiuus antecessit/ & sequatur necesse est/ ut Malim me diuitem esse q̃ haberi.

Quędam uariis modis efferuntur/ ut

Non licet Athenis esse probos.

Et non licet esse probis.

Et tutumqꝫ putauit iam bonus esse socer. Lucan.

Non uacat esse ægrotum.

Non uacat esse ægroto.

Non uacat esse ægrotos.

Quanq̃ postremum hoc rarius est. Ovid. i.

Genitiuus post uerbum.

Sum genitiuum postulat: quoties significat possessionem. ut Hæc uestis est patris.

Aut ad aliquid pertinere: ut regum est tueri leges.
Prudentis est multa dissimulare.
Non est nostrę factionis.
Non est mearum uirium.
Non est huius loci atq; temporis.

Appendix.

Item hęc duo impersonalia interest & refert.
Non tam interest regis quā totius reipublicæ.
Refert omnium: animaduerti in malos.

Exceptio.

Hos tamen ablatiuos postulant. mea: tua: sua: nostra: uestra.
Minus interest mea quam tua.
Nostra nihil refert.
Quibus interdum adiunguntur & hi genitiui.

Unius. Ipsius. Soli⁹. & genitiui participiorum.

Non tua unius refert: sed nostra omnium.
Tua ipsius refert.
Tua solius interest.
Mea refert de uita periclitantis.

Appendix.

Adduntᶜ & hi genitiui. Tanti: quanti: quanticūq; tantidem. Nam cętera huiusmodi adduntur per aduerbiū
Magni tua refert.
Minus mea refert quam tua.
Maximopere refert.
Nihil interest.
Plurimum refert.

Ordo.ij

Aestimandi.

Verba ęstimandi genitiuis gaudent: ut
Parui ducitur probitas.
Plurimi fit pecunia.

Tanti eris aliis/quanti tibi fueris.
Maximi penditur nobilitas.
Nihili uel pro nihilo penditur.
Nihili uel pro nihilo habentur literę.
Nauci:flocci:pili:huius non facio.
Asis non facio. Teruncii non facio.
Singulare est illud. Aeque boni consulo:idest in boná accipio partem.

Vendendi.

Vendo/reuendo/addico. Ordo. tertius
Distraho/diuendo.
Venundo/ueneo/prosto.
Aestimo/indico/inscribo.
Liceor/licitor/licere.
Loco/conduco.
Emo/coemo/redimo.
Mercor/commercor.
Constat/ualet.
Hęc uerba hos dũtaxat genitiuos exigunt.
Tanti/quanti/tantidem/quantiuis/quantilibet/quanti/cumq₃/pluris & minoris.
Si non addantur substantiua.
Nam cętera precii uocabula:uel in ablatiuo:uel per aduerbium apponuntur/ut
Minoris reuendes quam emeris.
Pluris conducis quá emi poterat.
Quanticunq₃ locabis/prestiterat uendidisse.
Hodie boues pluris licebant quam homines.
Miror tantas ędes tam paruo inscriptas.
Paulo/magno/nimio/minimo/plurimo.
Vili/duplo/dimidio reuendes.

Afse emi. Tantidem tibi sum traditurus.
Teruncio seu uitiosa nuce non emerim.
Nihilo constat.
Percare locauit equum.
Carius emitur oleum q̃ uinum.
Carissime constat quod precibus emptum est.
Gratis locat ędes.
At magno pascit.

Appendix.

Quin & quibuslibet uerbis/precii nomen aut aduerbium apponitur ad hanc formam.
Magno pransi sumus / pluris cęnaturi.
Non minoris docet q̃ talento.
Hic magno etiam tacet.
Nimio/minimo/paulo uiuitur Londini.
Care bibit. Sed carius cacat Bassus.
Nec salutat gratis.

Accusandi.

Ordo quart⁹. Verba accusandi/damnandi/absoluendi/& cõsimilia genitiuũ ascifcunt/qui crimen significet. ut
Accersitus est capitis.
Detulit fratrem lęse maiestatis.
Postulatus est repetundarum: siue de repetundis.
Accusauit malę gestæ rei: male obitæ legationis.
Egit cum nouerca iniuriarum.
Condemnatus est peculatus.
Reum egit parricidii.
Damnauit incestus.
Hic furti se alligat.
Criminatus est adulterii/cum plagii teneretur.
Arguit te mendacii.

Reuicit periurii.
Incuſat negligentię.
Appellatus eſt ueneficii.
Inſimulas herum auariciæ.
Suggillas parſimonię.
Notas libidinis/ ſeu de libidine.
Infamas inſcicię. Traducis luxuriæ.
Suſpectum habes perfidię. ſiue de perfidia.
Taxas ambitionis. Calumniaris maleficii.
Admonuit me errati. Commonuit te promiſsi.
Commonefecit te debiti.

Singulare eſt.

Expoſtulauit mecum de non miſsis ad ſe literis.

Appendix.

Si non fuerit proprium criminis nomen/ apponitur ablatiuus addita fere præpoſitione.
Vtrū ambitus accuſas/ an ſacrilegii/ an utroq; ſiue de utroq;? De plurimis ſimul accuſaris.

Miſeret &c. Ordo.

Miſeret/ miſereſcit me tui.
Piget te laboris. Multos uitę tedet.
Non te pudet uanitatis. Noſtri noſmet pœnitet.
Hæc genitiuum habent cum accuſatiuo/ niſi dicam⁹:
Puditum eſt conſilii. Miſertum eſt uirginis.
Perteſum eſt coniugii.

Appendix.

Sed imperſonalibus loco genitiui: poteſt addi uerbū infinitum. Tedet me uitę. Tedet me uiuere.
Piget militię. Piget militare.

Variantia quædam.

Hæc uariam habent conſtructionem. Ordo sextus.

Misereor tui uel tibi.
Meminit tui uel de te/idest mentionem fecit.
Memini pro recordor plærunq; accusatiuo iungitur.
Obliuiscor/recordor/reminiscor/recolo tui uel te.
Venit in mentem eius diei/idest recordor.
Vel. Venit in mentem ille dies.
Potitus est rerum: idest uicit.
Et potitus est amica/idest assecutus est.
Eget tui uel te. Indiget auxilii uel auxilio.

Significantia aliquid fieri in loco.

Ordo se ptimꝰ. Omne uerbum admittit genitiuum proprii nominis significanti locum in quo fit actio.
Vixit romę: Studuit Oxonię.
Natus est Londini.

Pro propriis usurpantur hęc appellatiua.
Humi/domi/militię/belli. Iacet humi.
Domi belliq; simul uiximus.
Domi meę nostræ/tuę/suæ/uestræ alienæ.
Nec alia admittit adiectiua. Nam domi paternę nõ recte dicitur: sed in domo paterna.
Ruri in datiuo/siue rure in ablatiuo/uerbis iisdem adiungitur. Ruri educatus est.

Exceptio.

Si tamen fuerint pluralis dumtaxat numeri/aut tertiæ declinationis/in ablatiuo ponuntur.
Nupsit Athenis. Militauit Carthagine.
Infrequens est his addere præpositionem.
Cum essem in Mediolano: quæ semper additur nominibus locoꝝ maiorum/& appellatiuis.
Cum essem in Italia. Cũ agerem in suburbano.

Datiuus post uerbum.

Quoduis uerbũ acqſitiue poſitum exigit datiuum.ut Ordo. i
Non omnibus dormio. Huic habeo / non tibi.
Mihi iſtic nec ſeritur / nec metitur.
Mihi peccat ſi quid peccat.
Omnibus ſapit / ſi uni non ſapit.

Acquiſitiua.

Præcipue tamen huius ordinis ſunt / quę cõmodũ aut Ordo ii
incommodum ſignificant.
Do mutuo ſeu mutuum. Do cõmodato.
Mutuo / fœnero / largior.
Confero tibi / & confero in te.
Pręſtare pro dare & pro exhibere.ut pręſtare fidẽ / præ/
ſtare pacta.
Dono tibi hoc munus: & dono te hoc munere.
Impartiam tibi fortunas meas / & impartiã te fortunis
meis. Aſperſit tibi labem / & aſperſit te labe.
Inſtrauit equo penulam: & inſtrauit equũ penula.
Debet tibi uitam.
Suam eruditionem tibi acceptam fert.
Satiſfacio / ſoluo reſoluo / reſcribo / renumero.
Numero pro ſoluo / remetio / pendo / rependo.
Refero / repono pro reddo / reſpondeo pro ſatiſfacio.
Nunquam tuis meritis eſt reſponſurus.
Commodo pro proſum. Incõmodo pro noceo.
Non poteſt mihi nec cõmodare / nec incõmodare.
Opitulor / proſum / auxilior / ſuppedito ꝓ ſubminiſtro /
ſuggero.
Succurro / ſubuenio / adminiculor / patrocinor / ſuffra/
gor / adſum / faueo.
Bene uolo. Bene cupio.
Medeor tibi / & medebor tuo dolori.

Medicor te uel tibi.
Conducit/confert tibi/ idest utile est.
Conducit huic rei/siue conducit ad hanc rem.
Consulo tibi: Do consilium.
Consule rebus tuis/idest prospice.
Consulis me/idest consilium a me petis. Sibi cauit.
Metuo/timeo/formido tibi/idest sum sollicitus pro te.
Metuo te/idest timeo ne mihi noceas.
Coniungitur uterque casus.
Omnia tibi timeo/quę solent pusillis accidere.

Ordo tertius. Imperandi & nunciandi.

Ad hęc quę imperãdi & nunciandi significationẽ habent. Iubeo te abire: iubeo tibi ut abeas.
Impero/pręcipio.
Pręeo/ut iudicibus praeire conatur.
Pręscribere leges uictis.
Dicta mihi iusiurandum.
Edico tibi miles/mando/committo.
Delegauit mihi suam uicem. Indixit mihi bellum.
Designa/constitue/pręstitue/cõdicito/pręfige mihi diem ac locum. Tempero tibi & te/idest rego.
Moderatur animo/irae/& moderatur principem.

Nunciandi.

Dico tibi. Scribo tibi & ad te. Loquor.
Recenseo/narro/expono/ explano/ explico/ aperio/ indico/demonstro/ commonstro.
Refero/idest narro.
Retulit ad senatum: idest proposuit in senatu.

Ordo quartus. Obsequii & repugnantię.

Quę ad obsequium siue repugnantiam pertinent.
Morigeror/ morem gero.

Obsequor/obsecundo/obseruio.
Seruire tempori.
Inseruit suis commodis.
Subseruio/supparasitor/ancillor/assentor/adulor/palpor/obedio/milito/pareo.
Ausculto tibi/idest obedio.
Ausculto te/idest audio.
Audiens dicto.
Obtempero/cedo/concedo.
Consentio tibi siue tecum.
Assentio siue assentior tibi.
Dissentio tibi siue abs te.
Subscribo tuo iudicio/suffragor/astipulor.
Accedo tibi siue tuę sententiæ/idest approbo.
Hoc accessit meis malis: siue ad mea mala/ idest additum est. Accedit huc. Accedit his/& accedit ad hæc.
Conuenit mihi tecum.
Constat hoc nobis/siue inter nos.

Repugnantiæ.

Refragor/obsto/ obsisto/ obstrepo/ resisto/ repugno/reluctor/reclamo/officio/occurro/obuiam eo/obuiam factus est mihi.
Aduersor/dissideo tibi siue tecum.
Contendo tibi siue tecum.
Hoc abs te contendo/idest uehementer peto.
Certat illi siue cum illo.
Noli pugnare duobus/grece magis q̃ latine dixit Catullus/pro cum duobus.

Relatiua.

Verba quę relationẽ & respectum habẽt ad aliqiud.
Quę huic est coniunx/tibi nurus est.

Platoni corpus est uox/idest iuxta Platonis sententiã.
Aristoteli spongię sentiunt.

Relatiua per compositionẽ.

Huiusmodi ferme sunt composita cum his pręposi/tionibus. Prę/ad/con/sub/ante/post/ob/in & inter.

Præ.

Ego meis pręluxi maioribus. Prępollet omnibus. Prænitet/præminet/pręstat omnibus siue omnes. Præcellit omnibus uel omnes. Præbibit mihi. Præripuit illi.
Pręeo pro uinco/præcedo/pręcurro/præuertor/præ/uenio accusatiuum exigunt.

Ad.

Admolitus est illi manum. Admoueo. Accubuit/assedit mihi. Adiacet ægypto. Aduolutus est genibus. Affulsit mihi spes. Arrisit matri. Acclamabant dicenti. Appressit pectori codicem. Adegit gladium pectori. Affigo. Adhęreo/adhærescit/adlubescit.

Con.

Conuixit nobis. Cõmigrauit huic uiciniæ. Cõmori tibi cupio/siue tecum. Colludo tibi/uel tecum.

Sub.

Subiacent fortunæ. Succedo. Subiicio. Subest. Subolet patri.

Ante.

Antestat/antepono/antefero te omnibus. Antecedit/anteuertit/antecellit omnibus uel omnes. Anteeo te/non tibi.

Post.

Posthabeo/postpono famam pecuniæ.

Ob.

Obgannit nobis/occinit/obturbat.
Oppono/obiicio/oppedo/obmurmuro.

In.

Indormis saccis. Inuigilas chartis.
Immoraris/immoreris/insudas studiis.
Insides saxo. Illudo tibi. Insulto.
Inniteris arundini. Nitor quoq; simplex.
Nititur suis uiribus. Imminet capiti. Impendet omnibus periculum: Incessit mihi cupiditas.
Inest illi uel in illo.
Incidit mihi lis cum hebulone.
Intermiscet uera falsis. Interserit. Interiicit.
Interfuit conuiuio. Interuenit colloquio.

Contingentię.

Contingit mihi. Accidit/euenit/usu uenit/obtigit/cessit/successit/obuenit/uertit/cecidit.

Confitendi.

Fido/cōfido/credo/fidem habeo/fidem facio/fidē do.
Polliceor:spondeo: nubo.
Item hęc. Liquet/uacat/placet/displicet:dolet:licet: succenseo:indignor:minor.

Datiui aduerbiales. Appendix.

Adduntur & hi datiui aduerbiales.
Tempori surgendum. Vesperi uenit.
Luci occidit hominem.
Verbis aliquoties datiuus festiuitatis: idest iucunditatis gratia adiungitur.
Suo sibi hunc iugulo gladio.

Gemini Datiui.

Eſt pro habeo. Eſt tibi mater. Nō eſt tibi quod agas. Et intercedit mihi cum illo familiaritas.

Nonnunq̄ geminos habet datiuos.

Non ſit tibi curę. Item hæc. An id ſibi ſtudio habet. Hoc tu tibi laudi ducis. Speras tibi laudi fore/ qđ mi/hi uitio uertis. Dedit mihi ueſtē pignori/ dono/ mutuo. Dedit mihi pecuniam fœnori.

Ovo. i. Accuſatiuus poſt uerbum.

Verba tranſitiua cuiuſcunq; generis exigunt accuſa/tiuum ſignificantem id quod patit̄. ut Saluta patrem. Numeras arenā. Bibis uinum. Loqueris mendacium. Oſculatur uxorē. Tedet/ piget/ pudet/ pœnitet/ miſeret me tui. Decet te. Nō decet ſenem. Dedecet uirginē im/pudentia. Antiqui dicebant/ & decet tibi.

Duo accuſatiui.

Sunt quę geminum admittunt accuſatiuum. Docuit me literas. Dedocebo te iſtos mores. Popoſcit me mutuū. Rogat/ orat/ flagitat/ exorat te ueniam. Po/ſtulo/ flagito/ peto abs te hanc rem/ frequentius q̄ te/ ſi/ne prępoſitione. Exuo/ induo/ ueſtio/ calceo/ cingo/ po/ſteriorē hoc eſt accuſatiuū rei ſępius mutant in ablati/uum. Exuit ſe chlamydem ſiue clamyde. Accinxit ſe gla dio.

Accuſatiuus rei & perſonę.

Quędā utrumuis admittunt rei ſeu perſonę. Vicit te/ & uicit litem. Excuſat ſe: & excuſat ualetudinem. Accu/ſat te/ & accuſat tuam negligentiam.

Motus ad locum.

Ovo. ii Quę ſignificant motū ad locū aliquem/ accuſatiuum poſtulant nominis proprii citra prępoſitionem. Eo romam. Rediit Athenas. Nauigauit Carthaginē.

Item hæc: Confero me domum. Recipio me rus.
Nam appellatiuis / siue maiorum locorum uocabulis fere preposition additur.
Profectus est Hispaniam.
Reuersus est in prouinciam. Abiit in forum.

Spacium temporis.

Quibuslibet uerbis apponitur accusatiuus significãs spacium temporis. Potauit totam noctem. Ordo. tertius
Hic totum desedi diem. Viginti annos natus est.
Iam seculum te operimur.

Appendix.

Quanq̃ hic aliquoties in ablatiuũ uertitur.
Cõmoratus est apud nos tribus horis: seu tres horas.

Appendix.

At quoties non spacium / sed species temporis significatur / ablatiuus tantum apponitur. Nocte uigilas.
Luce dormis. Aestate domi desides.
Hyeme nauigas. Superioribus diebus ad te scripsi.
Anno proximo te uisam.

Significatur autem species / cum interrogatio fit per quando, ut Quando uenies? Hora tertia.

Spacium uero / cum fit interrogatio per quãdiu, ut Quamdiu uigilasti? Duas horas.

Spacium loci.

Quibusdam & loci spacium eodẽ modo apponitur. Ordo quart⁹.
Iam mille passus processerant.
Patet in longum quingenta stadia.
Latum culmum. Latum unguem.
Latum digitum. Pedem hinc ne discesseris.
Abest ab urbe sequimiliarium.
Quanq̃ hic quoque nonnunq̃ uertitur in ablatiuum.

Abeſt a continenti quingentis paſsuū milibus.

Reciprocus accuſatiuus.

O:oo.v Quodlibet uerbum quātumuis intranſitiuū admittit accuſatiuum nominis ſignificantis eundem actum, ut

Quā hic uitam uiuitis?

Endymionis ſomnum dormis.

Huius generis ſunt illa.

Longum nauigat iter.

Hunc ſcio mea ſolide ſolum gauiſurum gaudia.

Accuſatiuus per figuram.

Item illa. Reſipit, ſapit aduſtionem.

Olet lucernā, hircum. Olet unguenta.

Spirat Italiam. Vox non ſonat hominem.

Vineta crepat mera. Viuunt bacchanalia.

Viuit Cynicum.

Et quę ponuntur aduerbiorū loco. Furit indomitum.

Dulce ſonat.

Toruū tuetur, ideſt indomite, dulciter, torue.

Ablatiuus poſt uerbum.

O:oo.j. Quoduis uerbum admittit ablatiuum ſignificantem qualecunq; inſtrumentū aut modum actionis.

Exemplum inſtrumenti.

Periit me ſaxo. Cecidit loris. Enecas odio.

Refellis argumentis. Vincit ſapientia.

Conciliauit humanitate multos.

Concordia res paruę creſcunt.

Diſcordia maxime dilabuntur, ideſt per diſcordiam.

Exemplum modi.

Mira celeritate rem peregit.

Summa eloquentia cauſam egit.

Hic tamen apponitur aliquoties prępoſitio cum.

Summa cum humanitate tractauit hominem.

Nam instrumentis non apponitur/non enim recte dicitur. Scribit cum calamo.

Appendix.

His finitima sunt quæ ad Synecdochen pertinent.

Egrotat animo magis q̃ corpore.

Discruciatur animo. Candet dentibus.

Rubet capillis/id est secundũ animũ/ corpus/ capillos.

Poetæ dicunt per accusatiuum.

Languet animũ. Rubet faciem.

Canet capillos.

Comparatiua.

Quæ uim obtinent comparationis: admittunt ablatiuum significantem mensuram. Ordo.ii

Multo præstat cauere q̃ admittere.

Multis infinitis partibus te uincit.

Duplo superat. Nimio excellit/ antecedit.

Motus a loco.

Ordo. tertius

Quæ significant motũ a loco/siue per locum/ eadem nomina admittunt in ablatiuo/ quæ in genitiuo apponebantur:cum significabatur quies in loco.

Discessit Londino. Rure reuersus est.

Louanio sum facturus iter.

Apponitur semper prępositio per/ appellatiuis regionum nominibus.

Per Italiam eundum est Græciam petenti.

Per forum ibis.

Adduntur & hi ablatiui aduerbiales,

Hac eundum est/illac istac.

Quo pro aliqua parte seu uia: ut Si qua licebit effugere.

Et relatiue. Qua spectat Aegyptum.

Ablatiuus absolutus.

Ordo quartus Quibuslibet uerbis additur ablatiuus absolute sumptus. Me dormiente tu bibis.
Hoc me uiuo non facies.
Hęc fiunt te rege/te consule/te pontifice.
Te impulsore feci.
Lilio pręceptore: tantus hic euasit.

Implendi: onerandi.

Ordo. v Verba implendi/onerandi/& his diuersa.
Satio/saturo/expleo te fabulis.
Ingurgitauit se cibo. Obruit se uino.
Oneras stomachū cibo. Leuabo te hoc onere.
Exonerabo te nummis.
Nudauit/exuit/spoliauit me bonis omnibus
Emunxit senes argento.

Prosequor/afficio.

Ordo sextus. Item prosequor & afficio.
Afficit me iniuria/damno/honore.
Prosequor te odio/amore/beneuolentia.
Pluit lapidibus/lacte/sanguine/siue lapides/lac/sanguinem. Mereor bene seu male.

Ordo septimus Bene mereor & male/peius/melius/optime/pessime/ interueniente præpositione asciscunt auferendi casum.
Optime de literis meritus es.
De me nihil es meritus/neq; bene/neq; male.

Pasiua.

Ordo octauus Pasiuis additur ablatiuus agentis: sed accedente prępositione a uel ab.
Rideris ab omnibus.
Additur aliquando datiuus absq; præpositione.

Amaris omnibus uel ab omnibus.
Accusatiuus patientis uertitur in nominatiuum.
Pater castigat filium. Filius castigatur a patre.
Cęteri casus fere omnes manent in passiuis qui fue/rant actiuorum.
Doceris a me grammaticã. Accusaberis furti.
Haberis ludibrio. Priuaberis magistratu.
Quę per se passiua uocantur/construuntur quemad/modum & illa. Veniit a domino.
Vapulabis a præceptore.
Quid fiet ab illo?

Vescor & cætera. Ordo.ix

Vescor carnibus.
Hic uictitat lacte.
Vtor homine familiariter.
Inuenitur & Vtor hanc rem/& abutor operam.
Fruor tuo conspectu.
Et tuo fretus auxilio.
Depotior dictum est.
Fungitur magistratu.
Defunctus est uita.

Appendix.I.

Prępositio subaudita facit/ut ablatiuus recte addatur.
Habeo te loco parentis.
Est mihi uice filii/idest in loco/in uice.
Apparuit illi humana facie.
Discessit magistratu.

Infinita. Appendix.II.

Quibusdam familiariter adduntur uerba infinita.
Solet/debet/cepit/optat/gaudet laudari.
Amat uideri diues. Studet metui.

Nam figurate ponunt'ut a nullo pendeant.
Heccine fieri flagitia? Et uenari pro uenabatur.
Diuersi casus eidem additi uerbo.
Appendix.III.
Nihil uetat quo minus eidem uerbo diuersi casus apponantur diuersę rationis.
Dedit mihi uestem hanc pignori/ te præsente propria manu. Nam ueste/additur tanquā transitiuo.
Mihi/tanquā acquisitiuo.
Pignori/ex eorum est forma/ quę resoluuntur per ad/ uel in/prępositionē/idest in pignus.
Te præsente:ablatiuus est absolutus.
Manu/ instrumentalis.
Gerundia.
Gerundia omnia eosdem ferme casus admittūt post se quos habent uerba a quibus deducuntur.
Ad discendum literas. Ad seruiendum tibi.
Ad fruendum amico.
In di.
Gerundia in di/ante se habēt hæc nomina/gratia/causa/pretextu/occasione/titulo/ ocium/ facultas/ licentia/ ars/aut simile nomen substantiuum.
Veni huc causa uisendi te.
Non erat copia conueniendi hominē. Ars dicendi.
Nonnunq̄ pręcedit adiectiuum.
Cupidus uisendi te. Gnarus bellandi.
Certus eundi. Imperitus nauigandi.
Peritus medicandi.
In dum.
Gerundiis in dum pręponitur præpositio ad/ uel inter. Ad colloquendum tecum.

Inter cenandum/hoc mihi uenit in mentem.
Reperitur & ante damnandum.
Cum significamus necessitatem/ sine præpositione usurpantur/addito substantiuo uerbo.
Vigilandum est ei/qui cupiat uincere.

In do.

Gerundia in do/pendent a prępositione/in uel ab/ siue dictione quæ requirit ablatiuū/ut
In consultando locus est eloquentiæ.
In pugnando uiribus est opus.
Reuersus a uenando /siue a uenatu.
Tacendo refellis/idest tacens refellis.
Scribēdo disces scribere. Romanus sedendo uincit.

Gerundiua nomina.

Vertuntur gerundia in nomina adiectiua.ut
Causa uisendi te/ & causa uisendi tui
Ad discendum literas/& ad discendas literas.
Legendo libros doctus euades. Et legendis libris doctus euades.

Supina in tum.

Prima supina sequunt᷑ uerbum/ significans motum ad locū.ut Abiit piscatum/idest ad piscandum.
Admittunt post se eosdem casus quos uerba ipsorum.

Absolute posita.

Ponuntur & absolute cum uerbo est. Pugnatū est. Actum est. Dormitū est. Cessatū est satis.

Supina in tu.

Supina in tu passiuæ significationis ferme sunt.
Adhęrent nominibus adiectiuis.ut Turpe dictu, Miserabile uisu. Difficile creditu.
Procliue factu/idest ad faciendum.

Nam in his: surgit cubitu/redit uenatu/nomina potius censenda sunt q̄ gerundia.

De participiis.

Participia sequuntur constructionē uerborum a quibus deriuantur. Donaturus tibi uestem.

Donaturus te ueste. Consulens tibi.

Fruiturus te.

Diligendus ab omnibus. Quanq̄ in his usitatior est datiuus. Diligendus omnibus.

Participia facta nomina.

Cum transeunt in naturā nominū genitiuū postulāt. ut Amans uini. Fugitans litium.

Cupiens tui. Sitiens auri. Peritus belli.

Et sine casu/ut Vir potens/eloquens.

Tunc & comparationē accipiunt more nominum in ens uel in tus desinentia.

Cupientior famæ q̄ auri. Cupientissimus tui.

Nulli desideratior q̄ mihi. Desideratissim⁹ patrię.

Participia facta nomina compositione.

Quæ cōpositione fiunt nomina genitiuū asciscunt.

Indoctus pilæ. Inexpertus belli.

Quanq̄ & horum simplicia simili modo usurpantur.

De nominibus uerbalibus.

Omnia fere uerbalia genitiuū admittunt: qui uerbis

Ordo. i. erat accusatiuus. ut Colo agrum.

Cultor/cultrix agri/cultus agri/cultura agri.

Bibo uinum. Bibax uini.

Cupio laudem.

Cupidus laudis.

Item quę sunt affinia his. ut Auarus laudis.

Ignarus omniū. Studiosus tui. Securus amorꝫ.

In bilis.

Verbalia in bilis accepta pasſiue/datiuo gaudent/ ut participia in dus. Ordo.ii

Flebilis/ formidabilis omnibus: ideſt flendus / formidandus omnibus.

Genitiuus additus nomini.

NOmina ſubſtantiua quę ſignificãt poſſeſſorem/menſurã/ſiue numerũ aut relationẽ ad aliquid/genitiuũ exigunt/ut Ordo. i.

Arma Achillis. Cyathus uini.

Modius tritici. Vncia auri.

Vlna panni. Vxor petri.

Comes Vlyſsis. Mille nummum.

Duo milia peditum. Par calciamentorum.

Iugum aquilarum. Tres decades quęſtionũ.

Amicus patris. Princeps patrię.

Vertitur hic genitiuus aliquoties in datiuũ/accedente uerbo eſt.ut

Hic eſt tibi pater. Huic ſocer/illi conſul.

Attributiua.

Cum ſignificatur aliquid ineſſe/ ſiue adeſſe cuipiam/ quod ad laudem/ſeu uituperium pertinet/trifariam efferimus. Ordo.ii

Puer bonæ indolis. Vir maximi naſi.

Puer bona indole. Vir maximo naſu.

Puer bonus indole. Vir maximus naſo.

Et indolem/poetice. Et naſum/ poetice.

Species & genus.

Species ſubiicitur generi in genitiuo/ ſiue in eodẽ caſu per appoſitionem. Ordo. terti⁹

Nomen Catonis in te non quadrat.

Crimen lęsæ maiestatis.
Cum essemus in terra Italiæ/ siue Italia.
In urbe romæ/siue roma.

Substantiue posita.

Ordo' q̃rtus Quædam adiectiua substantiue posita genitiuũ admittunt.ut Multum lucri.
Paulum pecunię. Quid habes negocii?
Quantum habebis pecunię/tantundem habebis fidei.
Plurimum uini. Minimum aquæ.
Item pronomina quædam.
Hoc negocii.
Id operis.
Quid illud mali?

Appositio.

In summa quoties substantiuũ / quacunq; ratione refertur ad alterũ substantiuum/additur in genitiuo/ nisi addatur appositiue.Nam tum satis est/si concordet in casu/etiam si numero & genere dissidiat.
Abstulisti Maronem meas delicias.

De adiectiuis & substantiuis.

Adiectiua nomina/participia/pronomina concordãt cum suis substantiuis in numero/genere/& casu.ut
Ex malis moribus bonę leges natæ sunt.
Istam fortunam tui mores promeruerunt.

Adiunctio.

Cum plura substantiua/diuersi etiam numeri ac generis/ad unũ adiectiuũ referuntur/his ferme modis efferri solent.
Gloria nõ est expetenda/ neq; diuitiæ/ut in medio ponas ad quod referuntur partes.
Nõ est expetenda gloria/neq; diuitię: ut pręponatur.

Gloria & diuitiæ non sunt expetendæ/ut postpositum conueniat cum proximo.

Gloria/diuitiæ/genus/no sunt expetenda/ut subaudias ista/idq neutro genere.

Relatiua.

Relatiuũ Qui/conuenit cũ antecedente in numero & genere.

Placuerunt literę quas ad me dedisti.

Nisi figurate loquamur.

Quas ad me dedisti literas magnopere placuerunt.

Comparatiua.

Comparatiua & superlatiua genitiuũ exigunt/ut Ordo.

Sum minor fratrum/de duobus.

Sum minimus fratrum/ de pluribus.

Et cum exponuntur per inter.

Inter fratres/uel ex fratribus.

Nam comparatiua cum exponuntur per q̃ / ablatiuum ascíscunt. Prestantior te.

Eloquẽtior omnibus pręterq̃ Cicerone:idest q̃ Cicero

Additur & alter ablatiuus significans modũ excess⁹.

Est maior te quatuor annis.

Digito lato te procerior.

Multo potior.

Multo & longe apponuntur & superlatiuis.

Multo omnium doctissimus.

Longe pessimus omnium.

Distributiua & partitiua.

Item/ nomina partitiua/aut partitiue posita/uelut qsq/quisquis/quicunq/quidam/ quis interrogatiuũ/ & quis pro aliquis/aliqs/ uterq/neuter/uteruis/utercũq/nemo/nullus/solus/ unus/ medius. Ordo sextus.

Quisq; huius nationis.
Vnumquodq; animantium.
Prouocat unumquemlibet uestrum.
Vtrum horum mauis accipe.
Exponuntur per inter/uel ex.
Vnus omnium idest solus omnium.
Medius duorum/inest inter duos.
Et dimidium animę.
Item Alter/alius/& his ęquipollentia pronomina hic & ille/& aduerbium partim.

Appendix.I.

Quanq̃ in his genitiuis significans totum/in alium casum sæpe uertitur. Quis hominū uidit?
Et quis homo uidit? Neuter Catonum.
Et neuter Cato.
Animantiū uel aīantia/alia sunt uolatilia/alia reptilia.

Appendix.II.

Ad hanc formā pertinent. Quotus/quotusquisq; ordinem significantia numeralia.
Quotus eras conuiuarum seu conuiua?
Quintus regum romanoꝝ/idest inter reges.
Sapientum octauus.
Quanq̃ in hoc postremo: nō tam ordinē significat q̃ numerū simpliciter. ut in illo.
Dic quotus esse uelis.

Datiuus post nomen.

Commodi aut incommodi.

Adiectiua quę cōmodum aut incommodū significāt: aut relationem ad aliquid/datiuum exigunt.ut
Rem mihi permolestam/mihi iucundam/tibi perniciosam/mihi salutarem.

Relatiua.

Aptus/accõmodus/ idoneus/utilis/inutilis bello siue ad bellum. Natus glorię & ad gloriam.

Obnoxius illi Amicus huic & huius.

Similis/dissimilis huic & huius.

Diuersus huic uel ab hoc.

Affinis/ cognatus huic uel huius.

Nam cũ huiusmodi substantiue capiuntur/ genitiuo magis gaudent.

Accusatiuꝰ post nomen.

Spacii mensura.

Quę certum magnitudinis modũ significant/accusatiuum admittunt. Longus/latus/altus/crassus. Ordo.i.

Turris alta trecentos pedes.

Liber Crassus tres digitos/siue trium digitorũ crassitudine/& ducentoꝝ pedum altitudine.

Circuitionis uis.

Quędam per circũlocutioné accusatiuũ admittunt.ut Ordo.ii.

Non sum id nescius/id est non ignoro.

Cuius generis sunt & illa.Eius rei mihi uenit in menté/ idest recordatus sum.

Et id mihi anus indicium fecit/idest indicauit.

Et opus est mihi hac re.

Abltũs post nomen.

Dignus & indignus/ablatiuũ asciscunt.

Dignus honore.Dignum est illo. Ordo tertius

Dicimus tamen.Dignus ut honoretur.

Dignus quem omnes honorent.

Et dignus honorari ab omnibus.

Item Vacuus/Onustus.

Vacuus curis. Onustus diuitiis.

Pauper/diues/plenus/inanis/etiã genitiuũ admittunt.

Pronominum constructio.

Genitiui primitiuorũ.

Mei/tui/sui/nostri/uestri/ genitiui primitiuorum ponuntur cum passio significatur. Nam cũ actio/addunt possessiua. Meus/tuus/suus/noster/uester.

Languet desyderio tui/nempe quo tu desyderaris.
Fauet desyderio tuo/quo tu desyderas.
Item pars tua/quę tibi debetur.
Pars tui/idest manus aut pes/corpus/animus.
Imago tua/quã tu possides.
Imago tui/quæ te representat.

Aliquoties utrunq; coniungit'.ut Nostra tui memoria/idest quam nos de te habemus.

Possessiua pronomina.

Possessiua adiectiua sunt/ & non recusant aliquando genitiuũ. Mea ipsius causa.
Tua solius unius. Meos flentis oculos.

Nostrum & uestrum.

Nostrum & uestrum/ genitiui plurales gaudent nominibus distributiuis/aut partitiuis.ut
Nemo uestrum.
Vnusquisq; nostrum.idest ex nobis.

Item cõparatiuis & superlatiuis.ut
Maior uestrum. Maximus natu nostrum.

Reciproca.

Sui/sibi/suus.a.um.non nisi reciproce ponuntur: hoc est ut reflectant' ad id/quod præcessit in eadem orationis parte/aut annexa per copulam.
Ille sibi placet. Petrus odit suos.
Orat/ut suo faueas filio.

Demonstratiua.

Demonstratiua cũ substantiue ponunt̃ admittunt ge/nitiuum/ut dictum est. Hoc noctis.
Idem tẽporis. Illud accessit mali.

Idem cum datiuo.

Idem datiuũ adiungit/uel ablatiuũ interueniente prę/positione.
Idem facit occidenti/idest quod occidens.
Idem huic;aut idem cum hoc.

Nominatiuus post aduerbium.

En & ecce demonstrantis:nominatiuo seu accusatiuo iunguntur. En quatuor aras. Ecce rem.
En lupus in fabula.
En exprobrantis: accusatiuo gaudet.
En animũ & mentem.

Genitiuus post aduerbium

Superlatiua genitiuum exigunt. Pessime omnium di/xit/qui omnium optime fecit. Ordo.i.

Aduerbia loci ac temporis. Ordo.ii

Adduntur aduerbiis loci ac tẽporis genitiui ferme hi.
Vbi gentium. Eo impudentię uentum est.
Quo terrarum. Nusq̃ gentium.
Huccine rerum uenimus? Vbiuis/quouis terrarũ.
Eo loci redacta est. Tunc temporis.
Nam minime gentium monadicon est/genitiuo festi/uitatis causa addito.

Pridie. Postridie. Ordo. tertius

Pridie calendarum:siue calendas.
Postridie eius diei. Postridie quam uenires.
Postridie q̃ discesseras. Instar. Ordo quart⁹.
Instar montis. Instar pecudis.

Item parum/multum/satis/abunde uini/uice nominũ poni uidentur. Datiuus post aduerbium.

Quędam datiuũ admittunt nominũ/unde deducta sunt. Venite obuiam illi.

Nam obuius ille dicitur.

Canit similiter huic. Nam similis huic. Et sibi inutiliter. Sedet proxime illi.

Propinquius tibi sedet q̃ mihi.

Accusatiuus post aduerbium.

Sunt quę accusandi casum admittunt præpositionis/unde sunt profecta.

Propius urbem: & proxime castra.

Ablatiuus post aduerbium.

Ordo.j. Quæ comparantur/constructioné habent cóparatiuorum nominum.

Accessi propius te: id est quã tu. Melius te dicit/id quã tu. Plus quingentis colaphis: & plus milies.

Procul &c̃.

Ordo ij Procul dubio/& procul ab urbe. Clam patre. Plam omnibus. Coram omnibus.

Aduerbii constructio.

Hic/illic/istic/intus/alibi/ubi/ubiq;/ubicũq;/ubilibet/

Ordo.j. ubiuis/alicui/necui/sicubi/ibi/inibi/ibidem/referuntur ad quietem in loco.

Huc/illuc/&c̃.

Huc/illuc/istuc/intro/alio/aliquo/nequo/siquo/eo/

Ordo.ij eodem/quolibet/quouis/quocunq;/foras/horsum/aliorsum/dextrorsum/sinistrorsum.

Sursum. Deorsum &c̃.

Sursum/deorsum/utroq;/neutro/quoquouersum/referuntur ad motioné ad locum.

Hinc:illinc:& cætera. Ordo. terti⁹

Hinc/illinc/istinc/aliunde/alicunde/sicunde/necunde/ Indidem/unde/undelibet/undeuis/undecunq̃/utrinq̃/ referuntur ad motũ e loco.

Hac/illac/& cętera.

Hac/illac/istac/alia/aliqua/qua/siqua/nequa/referunt ad motioné per locũ. Ordo. quart⁹.

Variantia.

Hęc uariant. Foris cęnat: & foris uenit.
Peregre uiuit. Peregre rediit.
Peregre abiit. Nusquam apparet.
Nusquá discedet.

Quibus modis uerbo℞: quę cõgruant aduerbia.

Vbi/postq̃.

Vbi/postq̃/cum/aduerbia téporis/interdũ indicatiuis interdũ subiunctiuis uerbis apponuntur: ut cũ aderit: & cum uenerit.

Simul & cætera.

Simul/simulac/simulatq̃ magis gaudent subiuncti/uis. Simulatq̃ adoleuerit ætas.

Vt.

Vt ꝓ postq̃: indicatiuo gaudet adiũgi/ut Vẽtus est in urbem. Queãdmodũ & cætera.

Quemadmodũ: ut/utcunq̃/sicut/utrunq̃ modũ ad/mittunt. ut salutabis/ita ut resalutaberis: ut sementé fe/ceris/ita ut metes.

Quasi & cętera.

Quasi/ceu/tanquá/perinde/acsi/haud/secus/atsi/cum propriũ habent uerbũ/subiunctiuis gaudent apponi. Tanq̃ feceris ipse aliquid. Quasi non norimus inter nos.

Alias copulant consimiles casus.
Noui hominem tanquam te.
Arridet mihi quasi amico.

Ne/ non.

Ne prohibentis uel imperatiuis uel subiunctiuis additur. Ne nega. Ne dixeris.
Non uerbis imperatiuis non recte apponitur.

Ne/ an/ num.

Ne cũ est interrogantis: indicatiuũ amat.
Superest ne/ & uescitur aura.
Similiter & an & num.
At eadẽ cum accipiunt dubitatiue/ siue ĩdefinite, subiunctiuũ postulant. Vise num redierit.
Nihil refert/ feceris ne/ an persuaseris.

Pene & similia.

Pene/ prope/ propemodũ/ tantũnon/ modonon/ unico uerbo seu alia dictione contenta sunt.
Propemodũ insaniebat. Tantũ nõ insaniebat.
Modonon montes auri pollicebatur.

Aduerbiũ relatũ non ad uerbum.

Aduerbium aliquoties refertur non ad uerbum: sed aliam orationis partem.
Homo egregie impudens. Ne parũ sis leno.
Admodũ puella. Admodum anus.
Aliquoties aduerbium adhęret aduerbio.
Non admodum pulchre. Parũ laute.

Quanq̃ & similia.

Quanq̃/ tametsi/ etsi/ etiamsi/ frequentius adiungunt indicatiuis. Quãuis & licet subiunctiuis.
Etiamsi cum utrisq; cohæret.
Vt ꝑ quamuis semper subiunctiuũ flagitat.

Serui ut taceant: iumenta loquentur.

Aliquoties ad aliá orationis partem referuntur: non ad uerbum. Cóplectit̃ hominé: quáuis male uolentem: etiamsi pessime de se meritũ.

Nisi / cum similibus.

Ni / nisi / si / siquidé / q / quia / & indicatiuis & subiunctiuis adhærent. Nisi facies. Nisi feceris.

Quod bñ uales gaudeo. Quod redieris incolumis gaudeo. Non quia sic merui.

Non qa sit pauper: sed quod sit improbus.

Quando & cętera.

Quando & quandoquidé / quatenus / indicatiuũ exigunt. Et frequenter sequuntur casum / cũ reliquæ huius ordinis frequentius præcedant. Quoniá mihi non credis: ipse facito periculũ.

Ipse periculũ facito: quoniá mihi nõ credis.

Quippe.

Quippe item cũ propriũ habet uerbum.

Danda est huic uenia: quippe ægrotat.

Quippe qui. Vtqui.

Si addideris qui: utrumq admittit modum.

Vtqui plerumq subiunctiuis adhæret.

Nõ est huic habéda fides: quippe q bis iá peierauerit: siue peierarit. Vtqui peierarit. Qui.

Qui cũ habet uim casualé / semp adhęret subiunctiuo.

Stultus es qui huic credis: idest quod uel quia credis.

Vt. utpote.

Vt & utpote / propriũ uerbũ nunq̃ habent.

Odi Petrum: ut in omnes maledicũ. Vtpote in oés maledicum. Tum tum. Cum tum.

Et tum tũ: cum tũ: similes modos copulant.

In uerbis indeclinabilibus similes casus.
Odit tum literas: tum uirtutem.
Amplectit tũ eruditos omnes, tũ in primis Marcellũ.

Præpositionum constructio.

Prepositio uersa in aduerbium.

Prepositiones quę citra casum ullũ usurpantur: in aduerbiorum naturam transeunt.
Extra meiete. An mare quod supra memorẽ: quod quod alluit infra? Prope abest.

Quemadmodũ rursus & aduerbia quędã accedẽte casu, in præpositiones transeunt, ut Procul, corã, clam, palam. Casus præpositionũ.

Quędã actũm exigũt, ut Intra parietes, extra uallum.
Quędã ablatiuũ, ut Ab urbe.
Quędã utrunque, sed non in eodem sensu.

In.

Varii casus præpositionũ earundem.
In, cũ significatur actus in loco, desyderat ablatiuum.
In animo est. In foro uersatur.

In pro erga, accusandi casum habet.

Optimo in te animo.
Itẽ in pro contra. In omnes maledicus.
In pro ad In hoc incumbite.
In hoc natus sum. In mercatum abiit.

Sub.

Sub nocte, idest in nocte.
Sub noctem: idest instante nocte.
Sub ea, idest post ea.
Item sub, additũ uerbo motus ad locũ, actm̃ exigit.
Sub umbrã properemus.
Sub cũ uerbo quietis, ablatiuũ requirit.

lodice. Sub umbra.

Super.

er numerũ ingenuorum:id est ultra numerum.
er hæc omnia: id est pręter hæc omnia.
Super Priamo.id est de Priamo.
Super arbore sidunt.idest in arbore.

Tenus.

Tenus gaudet ablatiuo singulari/genitiuo plurali.
Pube tenus. Crurum tenus.
Sed hęc uidentur ueluti composita:queádmodũ & illa.Hactenus/eatenus/quatenus.

Versus.

Postponirur & uersus suo casui.
Rhomam uersus iter est.

Vsq;.

Vsq;/raro sine altera pręposition reperitur:& significat temporis aut loci magnitudinem.
Ad multam usq; noctem. Ab extrema usq; India.
Vsurpatur & aduerbialiter:ꝓ semp siue cótinenter.

A.

A præponitur dictionibus recipientibus a consonante.A foro.A castris. Ab.
Ab/incipientibus a uocali.Ab omnibus.Nisi sint liquidæ/aut I consonans.Ab Ioue.Ab rege.

Abs.

Pręposítiones semper compositæ.

Sunt quę non inueniantur extra cóposítioné.Di/dis/re/se/an/con/Diduco/dissipo/refero/seiũgo/ambigo/conuenio. Con prępositio.
Con ex quibusdam neutris facit transitiua.
Comminxit lectum. Conspuit hominem.

Concacauit. Compluit. Cõuomuit maritũ.

De.

Deiicio.id est ex alto iacio.
Deamo/id est ualde amo.
Desipit.id est sapere desiit. Deferbuit ætas.
Reclamat.id est contra clamat.
Repetit/id est denuo petit.
Retegit/id est quod tectum est/aperit.

De constructione interiectionũ.

O

O exclamantis/adimit uocatiuũ/nominatiuũ & accusatiuum. O dii immortales.
O uir fortis. O insignem impudentiam.

Heu.proh. & cętera.

Heu pietas. Heu stirpem inuisam.
Proh Iuppiter:& proh deum atq; hominũ fidem.
Heu mihi. Veh tibi. Ah tibi.

Cedo.

Cedo flagitantis exhiberi:accusatiuũ habet.
Cedo manum. Cedo senem.

Amabo/obsecro:& cætera.

Amabo & obsecro blãdientis.Sodes & sultis hortãtis uerba sunt:& interiectionis naturã uersa.quẽadmodum & Age.

Libelli de octo partiũ constructione finis.

Viennæ Pannonię in officina
Ioannis Singrenii. Expẽsis
Io.Metzker biblio. Vieñ.

xxvam palma

Summularū Petri Hyspani.

Quantitatis aliud ꝯtinuū aliud discretū. Quātitas ꝯtinua est cuius ptes copulanł ad eundem terminū coiem: vt ptes linee copulanł ad punctū. Est aūt discreta quātitas: vt numerus ⁊ oratio. Unde due sunt spēs eius. Nō em̄ est in nūero aliqs terminus cōis ad quē partes nūeri copulanł. vt in decem quinqꝫ ⁊ quinqꝫ: aut tria ⁊ septē ad nullū terminū copulanł sed semp discrete sunt. Est aūt nūerus multitudo ex vnitatibus aggregata. silr in oratione sillabe nō copulanł ad aliquē terminū sed vnaqueqꝫ separata est ab alia. Quātitas aūt continua: alia linea. alia. supficies. alia corpus. alia tpus. alia locus. Uñ quinqꝫ sūt spēs ei⁹. Quod aūt linea sit quātitas cōtinua patet: qꝛ ptes eius copulanł ad aliquē terminū cōiem: puta ad punctū: ⁊ ptes supficiei ad lineā partes corpis ad supficiē. partes aūt tpis ad nūc: vt preteritū ⁊ futurū ad p̄sens partes aūt loci ad eūdē terminū copulanł ad quem corpis pticule. His visis dicendū est de cōitatibus quātitatis. Prima cōitas est: quātitati nihil ē ꝯtrariū: vt bicubito: tricubito. vł supficiei nihil est cōtrariū: qꝛ cōtrarietas pm̄ ꝯ inest qualitatibus nō oibus sed quibusdā: ſ quātitas nō est q̄litas: quare sequił ꝙ cōtrarietas nō est in quātitate. Itē quātitas nō suscipit maius neqꝫ minus Nō em̄ vna linea est magis linea ꝙ̄ alia nec nūerus ternarius ē magis nūerus ꝙ̄ binarius ⁊c̄. Item ꝓpriū est quātitati scd̄m eam eq̄le vel inequale d ci. vt vnus nūerus ē equalis vel inequalis alteri numero: vt vnū corpus est equale vel inequale alteri corpori ⁊ vna linea est equalis vel inequalis alteri linee.

Illumina oculos
Illumina oculos meos

Tercium capitulū de predicamento Ad aliquid.

Illu

Ad aliqd vero talia dicūtur quecūqꝫ hoc ipm̄ qđ sūt aliorū dicunł vel quolibet aliter ad aliud. vt duplum dimi-

Domi
Dominum
Domini est
terra

